

PECIMEN
OGIAE GEOGRAPHICAE,
QUADRUPEDUM

LET MIGRATIONES

四

MUNDI ZOOGRAM

ANXIETY

ZIMMERMANN

PRO CONFESSORI

卷之三

卷之三

卷之三

APPENDIX VIII.

—The End—

卷之三

4.0 x 6.0.

MAN, 113

卷之三

1000-10000 m.s⁻¹

gitudine in primis & colore inter se distant. *Africanis* in generatim iis minores sunt, quos *India orientalis* habet; licet *Mozambiquenses* saepissime *Indiae orientalis* colas statura superare ferantur. Optimae indolis *elephantines*, quos maximis dentibus natura armavit, *montavocantur* (*v*); quia montium maxime sessores esse solent. Color animantis ex fusco plerumque canus est; nonnulli tamen lucidiori, quin albo penitus notati inserviunt, qui tamen singularem speciem nullam efficiunt, rarioribus potius sunt accensendi. Hinc fit, ut *Maliae reges* de elephantum *alborum* titulo dominioque inter se contententur (*w*).

SECTO XVI.

Rhinoceros (a).

I. *Rhinoceros*, qui corporis mole *elephanto* parum cedit, eas quidem ipsas fere cum illo regiones, non eadem tamen copia, frequentat. Nec ipsum am alte boream versus adscendere inde colligo, quod peregrinantum nullus se illum in *Senegae* ripis obvium tabuisse testatur; nec *Bosmannus* in *Guineae*, quam debet, descriptione, rhinocerotis mentionem fecit. *Africæ* regiones, in quibus primo conspicitur, *Aethiopia* sunt & *Abyssinia* (*b*), dein *Congi* campos, *Angolæ* montes (*c*), *Anzicanam* regionem, *bonae spei* (*d*) pro-

mission-

(*v*) *Buffon* T. XI. p. 23.(*w*) *Olearii Anhang und Beschreib. Mandelso Reis.* 1696. p. 140.(*a*) *Linn. Syst.* p. 104. *Buffon* XI. p. 98. & seq.(*b*) *Ludolf Hist. Aethiop. Lib. I. Cap. X.* §. 78.(*c*) *Pigafetta* l. c. p. 29. (*d*) *Kolbe* l. c. p. 159.

Bb b

montorium, terramque de *Natali* dictam pervagari datur (e). In *Asia Bengalae* (f), *Siamis* (g), *Cochin-nae* (h), *Sinenhisque* provinciae *Quang-si* (i) & *Sachuen* incola est. In *Sindacis* (l) *insulis* omnibusque propinquum aliis terris, quas elephas inhabitat, *rhinoceros* etiam invenitur. In *Africa* propemodum nullas carum, quae aequatorem sitae sunt, terras occupat, illumine vix ad decimum latitudinis gradum & paulo amplius progredi suspicor, quamvis per naturae suae conditionem altius procedere possit.

§. II. Nec eandem ipsum cum elephanto foecundatatis vim habere, ex eo liquere autumo, quod hinc agat, *rhinocerotes* vero singuli, raro bini, rarissime plures in campis discurrentes observentur; majoris enim ponderis aliqua non praetermittenda ipsorum virietas occurrit. Quum enim elephanti molis tantum magnitudine colorisque diversitate inter se dissideant, his etiam in rebus *rhinocerotes* quidem a se invicem stantes, aliique majoris, alii minoris formae & struc- rae, alii furvo, alii subfuscō solum colore infecti obspiciuntur. Sed quosdam etiam repertos esse ferunt qui duobus, quin & tribus interdum cornibus armati

(e) Allg. Reis. T. V. p. 210.

(f) Voyage de Parrot 1679. p. 237.

(g) Turpin Hist. de Siam T. I. p. 291. Allg. Reis. T. X. p. 315.

(h) Borri Hist. Cochinchina. 797. v. Pennant. p. 75.

(i) Allg. Reis. T. VI. p. 113.

(k) Neuhofs Gesandschaft nach China p. 370.

(l) Bontii Hist. Natur. Ind. p. 51 & 52. ap. Pison. (Java) etiam Jurgen Ankeren Orient. Reisen Hamb. 1696. pag. 11. Oh Anhang und Beschreib. Mandelso Reis. p. 144. (Sumatra).

erint. Et *Kleinius* (*m*) & *Eberhardus* (*n*) in historia
natura varias duplicitum istorum cornuum imagines de-
runt, quales in *philosophicis* quoque *transactionibus* (*o*)
hibitas scimus. *Hamiltonius* (*p*) insuper se in terra
atali rhinocerotis caput, quod tribus juxta positis cor-
bus instructum fuerit, invenisse confirmat. Ex quo
Cinnaeus quidem varietates hujus bestiae duobus vel tri-
bus cornibus praeditas dari colligit (*q*); *Pallasius* autem,
effossis in *Siberiae* campis animantium sceletis an-
tirens (*r*), multiplicata ista cornua crescentis tantum
nectae indica esse; & quemvis *rhinocerotem*, dum
etate annisque provehatur, duplici vel triplici cornu
mari satis probabiliter evincere studuit. Quam litem
cemo, nisi cui animantis hujus historiam naturalem in
ius patria exquirendi facultas data fuerit, dirimere,
que veritatem praesens in lucem proferre poterit.
Quicquid interim sit, *rbinocerotem* uno, duobus, tribus
coribus insignem, unum eundem quadrupedem,
ornuumque istam multitudinem minime diversas spe-
cies, sed, ad summum, varietates quasdam efficere,
anni dubio caret.

SECTIO

m.) Quadrup. Disposit. Tab. II. p. 29.

n.) *Eberhard's Thiergeschichte.* 1763. Tab. II.

o.) *Ph. Transact. Abr.* IX. p. 100.

p.) *Hamilton's Voy. so the East. Ind.* T. I. p. 8.

q.) *Linn. Syst. Ed. XII.* p. 104. (*r*) *Nov. Commentar. Petropol.* T. XIII.